

Forfatter: Kierkegaard, Søren

Titel: Udrag fra Journalen CC

Citation: Kierkegaard, Søren: "Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 17", i Kierkegaard, Søren: *Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 17*, udg. af Niels Jørgen Cappelørn; Joakim Garff; Jette Knudsen; Johnny Kondrup; Alastair McKinnon, Søren Kierkegaard Forskningscenteret 2000 , s. 8v. Onlineudgave fra Søren Kierkegaards Skrifter: <https://tekster.kb.dk/text/sks-cc-txt-shoot-idd5fac9e6-31b3-4533-8c1f-ddc28c0464d2.pdf> (tilgået 12. juli 2024)

Anvendt udgave: Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 17

Ophavsret: Materialet er dedikeret til public domain. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden. [Læs CC0-erklæringen](#)

AgrippaPaulo dixit: permissum est tibi verba facere, tum P., extenta manu, se defendit: de omnibus rebus, quorum reus a Judæis factus sum, rex Agrippa, statuo me beatum, qui ad te hodie causam dicturus sim. Quare rogo te, ut æquo animo me audias. Vitam igitur meam inde ab juventute, quæ ab initio fuit in populo meo Hierosolymæ, omnes Judæi sciunt. Qui etiam, quum antea me cognorint, si velint, testimonium etiam edere possunt: me Pharisæum secundum sectam profundissima nostri cultus cognitione institutam vixisse. Et nunc ob spem in promissionem patribus nostris a Deo datam, constitui hic judicandus, cujus duodecim tribus nostræ, uno tenore die nocteque colentes, sperant sese futuros participes, ob quam spem ego accusor rex Agrippa, ab Judæis – cur incredibile habetur apud vos, si Deus suscitavit mortuos. Et ego quidem putavi me oportere adversus nomen Jesu Nazareni multa adversa facere. Quod etiam feci Hierosolymæ et multos sanctos carceribus inclusi a Sacerdotibus potestate, et cum illi interficerentur approbavi. Et per omnes synagogas sæpe cruciavi illos, et coegi illos ut maledicerent, vehementius etiam furens adversus illos, persecutus sum eos ad in urbes usque extra positas (in exteris civitates). In quibus etiam (quarum rerum studio) cum iter facerem Damascum cum potentia et mandato ab pontificibus meridie via vidi, rex, lumen super lucem solis circumfulgens me et qui una iter fecerunt. Quum omnes concideremus humi audivi vocem me alloquentem: et dicentem lingua hebræa: Saul, Saul cur me persequeris, durum erit tibi adversus stimulum calcitrare^[p] Ego vero dixi, quis es domine? ille vero respondit: ego sum Jesus, quem tu persequeris, sed surge et consiste pedibus tuis. Ad hoc enim apparui tibi, ut eligerem te ministrum et testem eorum quæ vidisti, et quæ tibi ostendam.^[r] Eligens te ex gente tua et ex gentilibus, ad quos te mitto, ad aperiendos oculos eorum, ut redeant ex tenebris in lucem atque ab imperio satanæ ad deum, ut accipiant illi remissionem peccatorum et sortem cum sanctis fide in me habita. Unde rex Agrippa non fui immoriger celesti visioni, sed illis, qui sunt Damasci primum, deinde Hierosolymæ per totam regionem Judeæ et gentilibus prædicavi resipiscere et convertere se ad deum facta digna resipiscentia patrantes. Quam ob causam Judæi me in templo comprehensum, conati sunt interficere. Auxilium igitur nactus a deo ad hunc diem usque steti, testimonium edens parvo et magno, nihil prædicans, nisi quod prophetæ futurum locuti sunt et Moses.

[q] calcitro.

[r] οφθησομαι. h: l: transitive ita Bretschneider.